Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



56

iudicij non est mecum propter ingentes molestias quas
sustineo

Vox xpristi Amici mei fratres et cognati mei iudei adue-
rsum me appropinquauerunt torpe ut me comprehenderent
et consilijs ac dolis steterunt contra me pseuerantes ut
me occiderent

Apostoli qui ante passionem Iuxta me erant, delonge
steterunt, quia relicto me omnes fugerunt timentes mortem
et iudei qui querebant vitam meam perdere vim faciebat
violentes captum me trahentes ad principes sacerdotum

Et iudei qui inquirebant mala michi crimina si que
michi opponerent non inuenientes coacti sunt falsa finge-
tes contra me falsa testimonia et dolos tota die meditabant
ut accepta occasione, romane potestati me tra-
derent

Ego autem tanquam surdus non audiebam quasi non
audirem maledicta et irrisiones eorum et sicut mutus
non aperiens os suum patientes omnia sustinui

Non solum non audiebam sed factus sum sicut
homo qui audire non pt non habens in ore suo redar-
guciones tanquam nescirem et non haberem quid eorum
blasphemijs respondere possem cum vtique eos manifeste va-
luissem redarguere

Ideo tacui in passione ideo omnia patientes sustinui

Quoniam in te domine iusto iudice speraui qui potes
tristiciam in gaudium commutare, scienes qd cum videris
nullam causam mortis esse in me tu exaudies me domine
deus meus ut me resuscites

Ideo tu exaudies Quia dixi in oratione mea te deprecans
ut cita te surrectione clarificares ne iudei inimici mei gau-
dentes insultarent michi, si me in morte detinere viderent
quare oro exaudi me Item ideo quia dum pedes mei
discipuli mei infirmi commouentur ad casum vacillantes
et titubantes in fide, si cito non resurgam super me